212	non iterum repetenda suo pennisque levatus	repetenda: Gerundivum mit passivischem Charakter (§ 130,5), vgl. industria laudanda: zu lobender Fleiß
213	ante volat comitique timet, velut ales, ab alto	
214	quae teneram prolem produxit in aera nido,	
215	hortaturque sequi damnosasque erudit artes	damnosasquerudit: Elision
216	et movet ipse suas et nati respicit alas.	
217	Hos aliquis tremula dum captat harundine pisces,	aliquis: substantivisches statt adjektivisches Indefinitpronomen (§ 36)
218	aut pastor baculo stivave innixus arator	pastor baculo - stiva arator: Chiasmus (§ 199,2); stivavinnixus: Elision
219	vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,	Ordne: vidit et obstipuit et (= -que) crediti <eos> esse deos, qui ... possent; possent: Konj. im RS kausal (§ 184,2), vgl. Te omnes amant mulieres, qui sis tam pulcher
220	credidit esse deos. Et iam Iunonia laeva	
221	parte Samos (fuerant Delosque Parosque relictæ)	

222	dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne,	fecundus,a,um + Abl.
223	cum puer audaci coepit gaudere volatu	audaci volatu: abl. causae (§ 113,1), vgl. moribus places mihi: Du gefällst mir aufgrund deines Charakters
224	deseruitque ducem caelique cupidine tractus	caeli cupido: Genitivus obiectivus (§ 100), vgl. metus periculi: Furcht vor der Gefahr
225	altius egit iter. Rapidi vicinia solis	
226	mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.	
227	Tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos,	
228	remigioque carens non ullas percipit auras,	carere + Abl.: abl. sep. (§ 108)
229	oraque caerulea patrium clamantia nomen	
230	excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo.	
231	At pater infelix, nec iam pater, "Icare" dixit,	Icare: Vokativ (§ 15,3)
232	„Icare,“ dixit „ubi es? Qua te regione requiram?“	ubis: Aphärese
233	“Icare” dicebat: Pennas aspexit in undis	
234	devovitque suas artes corpusque sepulcro	

235	condidit, et tellus a nomine dicta sepulti.	tellus,uris,f. !; dicta <est>
236	Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati	corpora: poetischer Plural (§ 13,3)
237	garrula limoso prospexit ab elice perdix	p-Laute: Alliteration (§ 199), Funktion des Stilmittels ?
238	et plausit pennis testataque gaudia cantu est,	cantust: Aphärese
239	unica tunc volucris nec visa prioribus annis,	
240	factaque nuper avis - longum tibi, Daedale, crimen.	
241	Namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam	namquic (quui = 1 Silbe), fatorignara: Elision; docenda: prädikatives GV mit finalem Aspekt (§ 130,6), vgl. Mercator mulieri vestem probandam dedit: ... zur Anprobe
242	progeniem germana suam, natalibus actis	natalibus actis bis puerum senis: Apposition (§ 84,4) zu progeniem
243	bis puerum senis, animi ad praecepta capacis.	animad: Elision
244	Ille etiam medio spinas in pisce notatas	Illetiam: Elision; medio: prädikativ
245	traxit in exemplum ferroque incidit acuto	ferroquincidit: Elision
246	perpetuos dentes et serrae repperit usum	
247	primus et ex uno duo ferrea bracchia nodo	primus: prädikativ

248	vinxit, ut aequali spatio distantibus illis	
249	altera pars staret, pars altera duceret orbem.	
250	Daedalus invidit sacraque ex arce Minervae	
251	praecipitem misit, lapsum mentitus; at illum,	praecipitem: prädikativ; Ordne: <eum> lapsum <esse> mentita <est>; Ordne: at illum Pallas,
		quae favet ingeniis (favere + Dativ), excepit
252	quae favet ingeniis, excepit Pallas avemque	avem: prädikativ
253	reddidit et medio velavit in aere pennies;	
254	sed vigor ingenii quondam velocis in alas	
255	inque pedes abiit; nomen, quod et ante, remansit.	quod et ante <erat>
256	Non tamen haec alte volucris sua corpora tollit,	alte: Adverb (§ 70,1)
257	nec facit in ramis altoque cacumine nidos;	
258	propter humum volitat ponitque in saepibus ova	propter + Akk. (§ 74)
259	antiquique memor metuit sublimia casus.	memor: Adj. + Gen. (§ 105), vgl. memor beneficii: einer Wohltat eingedenk, vgl. Merksatz

	Philemon und Baucis (Ovid, Metamorphosen 8,616-724)
	SP nach TSP: Verhältnis Mensch-Gott

616	Obstipuere omnes nec talia dicta probarunt;	obstipuere = obstipuerunt; probarunt = probaverunt
		obstipueromnes: Elision
617	ante omnesque Lelex animo maturus et aevo,	antomnesque: Elision; animo et aevo: abl. lim. (§ 114,1, vgl. cedere nulli virtute: niemandem
		im Hinblick auf Tüchtigkeit (an T.) nachstehen
618	sic ait: „Immensa est finemque potentia caeli	immensast: Aphärese
619	non habet et, quidquid superi voluere, peractum est.	quidquid: verallgemeinerndes Rel.-Pron. (§ 35, vgl. Quidquid agis, prudenter agas! Was auch
		immer du tust, sollst du klug tun); voluere = voluerunt; peractumst: Aphärese
620	Quoque minus dubites, tiliae contermina quercus	quo = ut eo (§ 172,1, vgl. Legem brevem esse oportet, quo facilius ab omnibus teneatur: Das
		Gesetz muss kurz sein, damit es um so leichter auch von Laien behalten wird)
621	collibus est Phrygiis modico circumdata muro;	
622	ipse locum vidi; nam me Pelopeia Pittheus	Pittheus: eus = 1 Silbe (Synizese, vgl. AB Metrik)
623	misit in arva suo quondam regnata parenti.	suo parenti: dativus auctoris hier beim PPP (§ 97,2, vgl. Caesari omnia uno tempore erant
		agenda: C. musste alle Dinge zugleich machen, Mihi consilium captum est: Von mir ist der
624	Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,	Plan gefasst worden); stagnumst: Aphärese; habitabilis: Adjektive auf -bilis (§ 8:
		Möglichkeit, vgl. credibilis: glaubhaft, facilis: machbar)
625	nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.	
626	Iuppiter huc specie mortali cumque parente	
627	venit Atlantiades positus caducifer alis.	
628	Mille domos adiere locum requiemque petentes,	adiere = adierunt

629	mille domos clausere serae. Tamen una recepit,	clausere = clauserunt
630	parva quidem, stipulis et canna tecta palustri,	Metrik hilfreich bei der Kasusbestimmung!
631	sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon	pariliquaetate: Elision
632	illa sunt annis iuncti iuvenalibus, illa	illa <casa>: abl. loci (§ 117,2: tota urbe: in der ganzen Stadt)
633	consenuere casa paupertatemque fatendo	consenuere = consenuerunt; fatendo, ferendo: GR (§ 128,2): F = AdvB modal, C = Abl, vgl.
		Hominis mens alitur discendo et cogitando: Der menschliche Geist wird durch Lernen und
634	effecere levem nec iniqua mente ferendo.	Denken gefördert); effecere = effecerunt; levem: prädikativ
635	Nec refert, dominos illic famulosne requiras:	refert + indirekter Fragesatz im Konjunktiv (§ 165,3, vgl. Quaeritur, di utrum sint necne: Die Frage ist, ob es Götter gibt oder nicht)
636	tota domus duo sunt, idem parentque iubentque.	tota domus = PN; idem: NSM, kollektiver Sgl. (§ 13,3)
637	Ergo, ubi caelicolae parvos tetigere penates	ergubi: Elision; tetigere = tetigerunt
638	summissoque humiles intrarunt vertice postes,	summissoquumiles: Elision; intrarunt = intraverunt
639	membra senex posito iussit relevare sedili,	
640	quo super iniecit textum rude sedula Baucis.	
641	Inque foco tepidum cinerem dimovit et ignes	

642	suscitat hesternos foliisque et cortice sicco	foliisquet: Elision
643	nutrit et ad flammam anima producit anili	
644	multifidasque faces ramaliaque arida tecto	Ramaliaquarida: Elision; tecto: abl. sep. (§ 107, vgl. domo discedere: von zu Hause weggehen)
645	detulit et minuit parvoque admovit aeno.	parvoquadmovit: Elision
646	Quodque suus coniunx riguo collegerat horto,	Ordne: Et holus, quod coniunx ... collegerat, truncat
647	truncat holus foliis. Furca levat ille bicorni	foliis: abl. sep. (§ 108)
648	sordida terga suis nigro pendentia tigno	Vokabel ! (sus, suis; suus,a,um); nigro tigno: abl. sep. (§ 107)
649	servatoque diu resecat de tergore partem	
650	exiguam sectamque domat ferventibus undis.	
651	Interea medias fallunt sermonibus horas	
652	sentirique moram prohibent. Erat alveus illic	
653	fagineus, dura clavo suspensus ab ansa:	Metrik hilfreich bei der Kasusbestimmung!
654	Is tepidis inpletur aquis artusque fovendos	fovendus: Gerundivum mit passivischem Charakter (§ 130,5), vgl. industria laudanda: zu lobender Fleiß

655	accipit. In medio torus est de mollibus ulvis	
656	inpositus lecto sponda pedibusque salignis.	inponere + Abl.; pedibus salignis: abl. qual. (§ 116, vgl. Caesar fuit excelsa statura: Cäsar hatte hohen Wuchs)
657	Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo	
658	sternere consuerant, sed et haec vilisque vetusque	consuerant = consueverant (§ 68,2: resultative Verben: consuevi, memini, novi, odi: ich bin gewohnt, ich erinnere mich, ich kenne, ich hasse)
659	vestis erat, lecto non indignanda saligno.	indignandus: Gerundivum mit passivischem Charakter (§ 130,5, vgl. industria laudanda: zu lobender Fleiß), lecto: dativus auctoris
660	Adcubuere dei. Mensam succincta tremensque	
661	ponit anus, mensae sed erat pes tertius inpar;	
662	testa parem fecit. Quae postquam subdita clivum	Ordne: testa <mensam> parem (prädikativ) fecit
663	sustulit, aequatam mentae tersere virentes.	tersere = terserunt
664	Ponitur hic bicolor sinceræ baca Minervæ	
665	conditaque in liquida corna autumnalia faece	conditaquin, cornautumnalia: Elision; Metrik hilfreich bei Kasusbestimmung
666	intibaque et radix et lactis massa coacti	intibaquet: Elision
667	ovaque non acri leviter versata favilla,	Metrik hilfreich bei Kasusbestimmung

668	omnia fictilibus. Post haec caelatus eodem	fictilibus: abl. loci; eodem argento: abl. qualitatis (§ 116)
669	sistitur argento crater fabricataque fago	
670	pocula, qua cava sunt, flaventibus inlita ceris.	qua = wo; Metrik hilfreich bei Kasusbestimmung
671	Parva mora est, epulasque foci misere calentes,	morast: Aphärese; misere = miserunt
672	nec longae rursus referuntur vina senectae	longae senectae: Genitivus qualitatis (§ 103, vgl. eius modi res: Dinge dieser Art)
673	dantque locum mensis paulum seducta secundis:	
674	Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis	mixtast: Aphärese
675	prunaque et in patulis redolentia mala canistris	prunaquet: Elision; Metrik hilfreich bei Kasusbestimmung
676	et de purpureis conlectae vitibus uvae.	
677	Candidus in medio favus est; super omnia vultus	
678	accessere boni nec iners pauperque voluntas.	accessere = accesserunt
679	Interea totiens haustum cratera repleri	cratera: ASM
680	sponte sua per seque vident succrescere vina.	

681	Attoniti novitate pavent manibusque supinis	novitate: abl. causae (§ 113, vgl. Moribus places mihi: Aufgrund deines Charakters gefälltst du mir)
682	concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon	
683	et veniam dapibus nullisque paratibus orant.	
684	Unicus anser erat, minimae custodia villae;	
685	quem dis hospitibus domini mactare parabant.	
686	Ille celer penna tardos aetate fatigat	aetate: abl. causae (§ 113); Metrik hilfreich bei Kasusbestimmung
687	eluditque diu tandemque est visus ad ipsos	tandemquest: Elision; visus est confugisse: Ncl (§ 127)
688	confugisse deos. Superi vetuere necari	vetuere = vetuerunt
689	"Di" que "sumus, meritasque luet vicinia poenas	
690	inpia" dixerunt; "vobis immunibus huius	immunis: Adjektive + Genitiv (§ 105,1)
691	esse mali dabitur. Modo vestra relinquit tecta	
692	ac nostros comitate gradus et in ardua montis	
693	ite simul!" Parent et dis praeentibus ambo	

693 a	membra levant baculis tardique senilibus annis	senilibus annis: abl. causae (§ 113)
694	nituntur longo vestigia ponere clivo.	
695	Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta	tantaberant: Elision
696	missa potest; flexere oculos et inhospita tecta	flexere = flexerunt; flexeroculos: Elision
696 a	mersa vident quaeruntque, ubi sint pia culmina villae;	quaeruntquibi: Elision
697	sola loco stabat, quae dis fuit hospita magnis	
698	Dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,	dumquea: Elision
699	illa vetus dominis etiam casa parva duobus	
700	vertitur in templum: furcas subiere columnae,	subiere = subierunt; subire + Akk.
701	stramina flavescunt, adopertaque marmore tellus	
702	caelataeque fores aurataque tecta videntur.	
703	Talia tum placido Saturnius edidit ore:	
704	"Dicite, iuste senex et femina coniuge iusto	

705	digna, quid optetis." Cum Baucide pauca locutus	dignus + Abl.; quid+ indirekter Fragesatz im Konjunktiv (§ 165,3, vgl. Quaeritur, di utrum
		sint necne: Die Frage ist, ob es Götter gibt oder nicht)
706	iudicium superis aperit commune Philemon:	
707	"Esse sacerdotes delubraque vestra tueri	
708	poscimus, et quoniam concordēs egimus annos,	
709	auferat hora duos eadem, nec coniugis umquam	auferat: Optativ oder Jussiv (§ 152,2; 153,1)
710	busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa."	busta: poetischer Pl. (§ 13,3); tumulandus sim: GV als PN + esse (§ 130)
711	Vota fides sequitur. Templi tutela fuere,	fuere = fuerunt
712	donec vita data est. Annis aevoque soluti	Ordne: Cum (annis aevoque soluti) ante ... starent et ... narrarent, conspexit
713	ante gradus sacros cum starent forte locique	
714	narrant casus, frondere Philemona Baucis,	
715	Baucida conspexit senior frondere Philemon.	
716	Iamque super geminos crescente cacumine vultus	
717	mutua, dum licuit, reddebant dicta "vale" que	

718	"o coniunx" dixere simul, simul abdita textit	dixere = dixerunt; dixere simul - simul textit: Chiasmus (§ 199,2)
719	ora frutex. Ostendit adhuc Thyneius illic	
720	incola de gemino vicinos corpore truncos.	
721	Haec mihi non vani (neque erat, cur fallere vellent)	nequerat: Elision; vellent: Konj. im ind. FS (§ 165), Pot. d. Verg. (§ 148, vgl. crederes: man hätte glauben können)
722	narravere senes. Equidem pendentia vidi	narravere = narraverunt
723	serta super ramos ponensque recentia dixi	
724	"Cura deum di sint, et, qui coluere, colantur."	deum = deorum; di (= dei): PN; sint, colantur: Jussiv (§ 152,2); <ii>, qui coluere (= coluerunt)

	Orpheus und Eurydike: Ovid, Metamorphosen 10,1-77 (85); 11,1-66 (84)	
	SP nach TSP: Unterweltsvorstellung, Darstellung seelischer Vorgänge	

001	Inde per immensum croceo velatus amictu	
002	aethera digreditur Ciconumque Hymenaeus ad oras	aethera: Akk.; CiconumquHymenaeus: Elision
003	tendit et Orphea nequiquam voce vocatur.	
004	Adfuit ille quidem, sed nec sollemnia verba	
005	nec laetos vultus nec felix attulit omen.	
006	Fax quoque, quam tenuit, lacrimoso stridula fumo	
007	usque fuit nullosque invenit motibus ignes.	nullosquinvenit: Elision
008	Exitus auspicio gravior. Nam nupta per herbas	auspicio: abl. comparationis (§ 109, vgl. plus aequo: mehr als recht und billig)
009	dum nova Naiadum turba comitata vagatur,	Metrik hilfreich bei der Kasusbestimmung!
010	occidit in talum serpentis dente recepto.	
011	Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras	
012	deflevit vates, ne non temptaret et umbras,	
013	ad Styga Taenaria est ausus descendere porta	Styga: Akk.; Taenariast: Aphärese; est ausus: seltenes Semideponens!
	Metrik hilfreich bei der Kasusbestimmung!	

014	perque leves populos simulacraque functa sepulcro	
015	Persephonen adiit inamoenaque regna tenentem	adiit: letzte Silbe lang! (“irrationale Länge”)
016	umbrarum dominum. Pulsisque ad carmina nervis	pulsisquad: Elision
017	sic ait: “O positi sub terra numina mundi,	
018	in quem reccidimus, quidquid mortale creamur,	quidquid: verallgemeinerndes Rel.-Pron. (§ 35, vgl. Quidquid agis, prudenter agas! Was auch immer du tust, sollst du klug machen!)
019	si licet et falsi positis ambagibus oris	
020	vera loqui sinitis, non huc, ut opaca viderem	
021	Tartara, descendi, nec uti villosa colubris	uti = ut (Konjunktion)
022	terna Medusaei vincirem guttura monstri:	
023	causa viae est coniunx, in quam calcata venenum	viaest: Aphärese
024	vipera diffudit crescentesque abstulit annos.	crescentesquabstulit: Elision
025	Posse pati volui nec me temptasse negabo:	temptasse = temptavisse
026	vicit Amor. Supera deus hic bene notus in ora est;	orast: Aphärese

027	an sit et hic, dubito. Sed et hic tamen auguror esse,	an + ind. Fragesatz im Konjunktiv (§ 165, vgl. Quaeritur, di utrum sint necne: Die Frage ist, ob es Götter gibt oder nicht)
028	famaque si veteris non est mentita rapinae,	vetus: Adj. der kons. Dekl! (§ 24)
029	vos quoque iunxit Amor. Per ego haec loca plena timoris,	egaec: Elision (h zählt nicht als Konsonant, vgl. AB Metrik)
030	per Chaos hoc ingens vastique silentia regni,	
031	Eurydices, oro, properata retexite fata.	Eurydices: Genitiv
032	Omnes debemur vobis, paulumque morati	
033	serius aut citius sedem properamus ad unam.	
034	Tendimus huc omnes, haec est domus ultima, vosque	
035	humani generis longissima regna tenetis.	
036	Haec quoque, cum iustos matura peregerit annos,	peregerit: seltenes Futur II
037	iuris erit vestri: pro munere poscimus usum.	iuris esse: Genitiv der Zugehörigkeit (§ 102,2, vgl. haberi/duci alicuius: als Eigentum jds. gelten)
038	Quodsi fata negant veniam pro coniuge, certum est	venia: Substantiv!; certumst: Aphärese
039	nolle redire mihi: leto gaudete duorum.”	leto: abl. causae (§ 113, vgl. Moribus places mihi: Du gefällst mir aufgrund deines Charakters)

040	Talia dicentem nervosque ad verba moventem	nervosquad: Elision
041	exsanguis flebant animae; nec Tantalus undam	
042	captavit refugam, stupuitque Ixionis orbis,	stupuitquIxionis: Elision
043	nec carpsere iecur volucres, urnisque vacarunt	carpsere = carpsere; urnis: abl. sep. (§ 108,2, vgl. egere auxilio: Hilfe brauchen); vacarunt = vacaverunt
044	Belides, inque tuo sedisti, Sisyphus, saxo.	Sisyphus: Apostrophe (§ 199,3)
045	Tunc primum lacrimis victarum carmine fama est	fama: Aphärese
046	Eumenidum maduisse genas, nec regia coniunx	
047	sustinet oranti nec, qui regit ima, negare,	ima = infima (§ 27 Komparationsformen von Präpositionen)
048	Eurydicenque vocant. Umbras erat illa recentes	
049	inter et incessit passu de vulnere tardo.	passu tardo: abl. modi (§ 115,2, vgl. magna voce: mit lauter Stimme)
050	Hanc simul et legem Rhodopeius accipit heros,	
051	ne flectat retro sua lumina, donec Avernas	lumina = oculos (Metapher); donec (§ 170,6)
052	exierit valles; aut irrita dona futura.	vv. 51-52: Oratio obliqua (§ 188); exierit: Konj. Perf.; irrita dona futura <esse>: AcI; dona = pot. Pl. (§ 13,3)

053	Carpitur adclivis per muta silentia trames,	
054	arduus, obscurus, caligine densus opaca,	arduus, obscurus, densus: Trikolon (§ 199,2)
055	nec procul afuerunt telluris margine summae:	
056	Hic, ne deficeret, metuens avidusque videndi	videndi: GR: K: Gen., F: Gen.-Attr. (§ 128)
057	flexit amans oculos, et protinus illa relapsa est,	relapsast: Aphärese
058	bracchiaque intendens prendique et prendere certans	bracchiaquintendens, prendiquet: Elisionen
059	nil nisi cedentes infelix adripit auras.	nil = nihil; infelix: prädikativ
060	Iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam	iamquiterum: Elision; est ... questa
061	questa suo (quid enim nisi se quereretur amatam?)	quereretur: Potentialis d. Verg. (§ 148, credes: man hätte glauben können) + AcI
		se amatam <esse>
062	supremumque "vale", quod iam vix auribus ille	
063	acciperet, dixit revolutaque rursus eodem est.	acciperet: Konj. im RS, konzessiv (§ 184,3); eodem: ebendorthin (Adv.); eodemst: Aphärese
064	Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,	gemina nece: abl. causae (§ 113)
065	quam tria qui timidus, medio portante catenas,	Ordne: quam <is>; medio <collo>

066	colla canis vidit, quem non pavor ante reliquit,	ante ... quam = antequam (§ 169,3)
067	quam natura prior saxo per corpus oborto,	
068	quique in se crimen traxit voluitque videri	quiquin: Elision
069	Olenos esse nocens, tuque, o confisa figurae,	tuquo: Elision
070	infelix Lethaea, tuae, iunctissima quondam	
071	pectora, nunc lapides, quos umida sustinet Ide.	
072	Orantem frustra que iterum transire volentem	frustra quiterum: Elision
073	portitor arcuerat; septem tamen ille diebus	
074	squalidus in ripa Cereris sine munere sedit;	
075	cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere.	dolorque animi, lacrimaeque alimenta: Elisionen; fuere = fuerunt
076	Esse deos Erebi crudeles questus, in altam	
077	se recipit Rhodopen pulsumque aquilonibus Haemum.	pulsumque aquilonibus: Elision
078	Tertius aequoreis inclusum piscibus annum	tertius: Adverb

079	finierat Titan, omnemque refugerat Orpheus	finierat = finiverat
080	femineam Venerem, seu quod male cesserat illi,	
081	sive fidem dederat; multas tamen ardor habebat	multas <feminas>
082	iungere se vati, multae dolere repulsae.	multae <feminae>; dolere = doluerunt
083	Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem	illetiam: Elision
084	in teneros transferre mares citraque iuventam	
085	aetatis breve ver et primos carpere flores.	

001	Carmine dum tali silvas animosque ferarum	
002	Threicius vates et saxa sequentia ducit,	
003	ecce nurus Ciconum tectae lymphata ferinis	lymphata pectora: Accusativus Graecus (§ 116 Ru: nach Adjektiven und Partizipien auf die
		Frage „in welcher Hinsicht?“, vgl. flava comas: (blond in Bezug auf die Haare)
004	pectora velleribus tumuli de vertice cernunt	= mit blonden Haaren (Ovid, Metamorphosen 6,118 über die Göttin Ceres)
005	Orphea percussis sociantem carmina nervis.	Orphea: Akkusativ
006	E quibus una leves iactato crine per auras,	
007	“En”, ait, “en, hic est nostri contemptor!” et hastam	nostri: Genitiv des Personalpronomens nos (§ 30, vgl. memoria nostri: die Erinnerung an uns: gen. obi., nemo nostrum: niemand von uns: gen. part.)
008	vatis Apollinei vocalia misit in ora,	
009	quae foliis praesuta notam sine vulnere fecit;	
010	alterius telum lapis est, qui missus in ipso	
011	aere concentu victus vocisque lyraeque est	lyraeque: Aphärese
012	ac veluti supplex pro tam furialibus ausis	supplex: prädikativ
013	ante pedes iacuit. Sed enim temeraria crescunt	

014	bella modusque abiit insanaque regnat Erinys;	modusquabiit: Elision
015	cunctaque tela forent cantu mollita, sed ingens	forent (= essent) mollita: Irrealis d. Verg. (§ 149, vgl. Alexander, si diutius vixisset, plures
		urbes condidisset: Hätte A. länger gelebt, hätte er mehr Städte gegründet)
016	clamor et infracto Berecynthia tibia cornu	infracto cornu: abl. qualitatis (§ 116)
017	tympanaque et plausus et Bacchei ululatus	Bacchei ululatus: Hiatt bleibt stehen!
018	obstrepere sono citharae, tum denique saxa	obstrepere = obstrepuerunt; obstrepere + Dativ
019	non exauditi rubuerunt sanguine vatis.	
020	Ac primum attonitas etiamnum voce canentis	primattonitas: Elision
021	innumeras volucres anguesque agmenque ferarum	anguesquagmenque: Elision
022	Maenades, Orphei titulum, rapuere triumphii;	rapuere = rapuerunt; titulum Orphei triumphii = Apposition
023	inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris	
024	et coeunt ut aves, si quando luce vagantem	ut comparativum; <ali>quando
025	noctis avem cernunt, structoque utrimque theatro	structoqueutrimque: Elision
026	ceu matutina cervus periturus harena	periturus: PFA zum Ausdruck der unmittelbaren Zukunft (§ 133, S. 148), vgl. Scripturus sum: Ich will gerade schreiben. Vgl. Met. 6,187 (Niobe)

027	praeda canum est, vatemque petunt et fronde virentes	canumst: Aphärese
028	coniciunt thyrsos non haec in munera factos.	
029	Hae glaebas, illae direptos arbore ramos,	
030	pars torquent silices; neu desint tela furori,	neu = neve = et ne
031	forte boves presso subigebant vomere terram,	
032	nec procul hinc multo fructum sudore parantes	
033	dura lacertosi fodiebant arva coloni,	lacertosus,a,um: Adjektive auf -osus,a,um zum Ausdruck einer "Fülle" (§ 8)
034	agmine qui viso fugiunt operisque relinquunt	
035	arma sui, vacuosque iacent dispersa per agros	
036	sarculaque rastrisque graves longique ligones.	
037	Quae postquam rapuere ferae cornuque minaces	rapuere = rapuerunt
038	divulsere boves, ad vatis fata recurrunt	divulsere = divulserunt
039	tendentemque manus et in illo tempore primum	

040	inrita dicentem nec quicquam voce moventem	
041	sacrilegae perimunt, perque os, pro Iuppiter, illud	sacrilegae <feminae>; perquos: Elision
042	auditum saxis intellectumque ferarum	saxis (dat. auct. beim PPP) = a saxis (§ 97,2)
043	sensibus in ventos anima exhalata recessit.	sensibus (dat. auct. beim PPP) = a sensibus; animexhalata
044	Te maestae volucres, Orpheu, te turba ferarum,	te ... te ... te ... te ... te: Stil, Funktion (§ 199,2) ?; Orpheu: Apostrophe (§ 199,3)
045	te rigidi silices, te carmina saepe secutae	sequi + Akk
046	fleverunt silvae, positis te frondibus arbor	
047	tonsa comas luxit; lacrimis quoque flumina dicunt	comas: Accusativus Graecus (§ 116 Ru: „in Bezug auf“), vgl. Met. 11,3; dicunt = homines narrant
048	increvisse suis, obstrusaque carbasa pullo	Metrik hilfreich bei Kasusbestimmung!
049	Naides et Dryades passosque habuere capillos.	passos: PartAdj. v. pandere; passosquabuere: Elision; habuere = habuerunt
050	Membra iacent diversa locis, caput, Hebre, lyramque	Hebre: Apostrophe (§ 199,3)
051	excipis: et (mirum!) medio dum labitur amne,	
052	flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua	Metrik hilfreich bei Kasusbestimmung! nescio quid: Indefinitpronomen (§ 166,1)

053	murmurat exanimis, respondent flebile ripae.	
054	Iamque mare invectae flumen popolare relinquunt	marinvectae: Elision; invectae: NPF, Bezug: lyra et linguae (v. 52)
055	et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi:	potiri (§ 111)
056	Hic ferus expositum peregrinis anguis harenis	peregrinis harenis: abl. loci (§ 117)
057	os petit et sparsos stillanti rore capillos.	stillanti rore: abl. qualitatis (§ 116)
058	Tandem Phoebus adest morsusque inferre parantem	morsusquinferre: Elision
059	arcet et in lapidem rictus serpentis apertos	
060	congelat et patulos, ut erant, indurat hiatus.	ut comparativum (§ 180)
061	Umbra subit terras, et quae loca viderat ante,	Ordne: et <ea> loca, quae viderat ante, cuncta (präd.) recognoscit:
		Inversion des Beziehungswortes (§ 183,1)
062	cuncta recognoscit quaerensque per arva piorum	
063	invenit Eurydicen cupidisque amplectitur ulnis.	cupidisquamplectitur: Elision
064	Hic modo coniunctis spatiantur passibus ambo,	
065	nunc praecedentem sequitur, nunc praevisus anteit	anteit: eit = 1 Silbe (Synizese)

066	Eurydicenque suam iam tuto respicit Orpheus.	
067	Non inpune tamen scelus hoc sinit esse Lyaeus	
068	amissoque dolens sacrorum vate suorum	
069	protinus in silvis matres Edonidas omnes,	
070	quae videre nefas, torta radice ligavit;	videre = viderunt
071	quippe pedum digitos via, in quantum quaeque secuta est,	
072	traxit et in solidam detrussit acumine terram.	
073	Utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,	ut comparativum (§ 180), vgl. sic (v. 76)
074	crus ubi commisit volucris sensitque teneri,	ubi: temporal
075	plangitur ac trepidans adstringit vincula motu;	plangitur: mediopassivisch
076	sic, ut quaeque solo defixa cohaeserat harum,	solo: abl. loci (Vokabel: solum, solus, sol), harum: gen. partitivus (§ 101)
077	exsternata fugam frustra temptabat; at illam	
078	lenta tenet radix exsultantemque coercet.	

079	Dumque ubi sint digiti, dum pes ubi, quaerit, et ungues,	dumquubi: Elision
080	aspicit in teretes lignum succedere suras.	
081	Et conata femur maerenti plangere dextra	
082	robora percussit; pectus quoque robora fiunt.	pectus: kollektiver Singular (§ 13,3)
083	Robora sunt umeri; longos quoque brachia veros	
084	esse putes ramos, et non fallare putando.	putes, fallare (= fallaris): Potentialis (§ 148, vgl. dicat/dixerit aliquis: es könnte wohl jemand sagen)